Lettres Patentes

de Confirmation et maintention du vice Roy de Rousillon dans les Privileges portez par l'arret du Parlem.t en faveur des officiers de la monnoye de Perpignan sous le Roy de france.

Du 24 x.bre 1482.

Nos [illegible] de [illegible] miles comes castrensis pro Christianissimo Domino nostro Domino Francorum, Rege in comitatibus Rossilionis et Ceritanie vice Rex et locumtenens generalis in humili Supplicatione coram nobis proposita Petri

Costa praepositi, Bernardi y
Caller, jacobi, Pujol, quillelmi
Balayrach, Petri pou, joannis
Guill, joannis gauter, Antonii,
vespia, Bernardi, Pug, joannis
ipsi, operariorum, e Michaelis
Balayrach praepositi, quillelmi y
Beatriu, raphaelis vespia, joannis
costa, huguetti, Pujol, georgii,
Puig, francisci, e sauffre, michaelis
frena, et joannis volo monetariorum
e Moneta Secca villa Perpiniani
oblata vidimus contineri quod
Licet ipsi operarii et monetarii
praedicta Secca sint esse que
debeant exempti a quacumque
jurisdictione praeter quam
Magistrorum seu aliquorum
dicta Secca liberique franchi
et immunes ab omnibus talliis,
peytagiis, hostibus et cavalcatis
a et subventionibus, obventionibus

Exactionibus impontionibus et
obmnibus aliis juribus et
servitutibus juxta privilegia
et concessiones eisdem per magestatem
regiam indulta nobisque
exhibita et per arrestum Curiæ
Parlamenti corroborata et
Confirmata et quibus hactenus
usi fuerunt pacifice et absque
cujuscumque contradictione
his tamen non obstantibus ad
Causam guerarum, et rebellionum
dimo in his Comitatibus
suscitatarum præffati
Supplicantes fuerunt expoliati
et privati immunitate prædicta
et dictorum suorum privilegiorum
nullâ justa præeunte causa
indebite ac injuste d'amnumque
et eorum evidens prejudicium
quare nobis humiliter
supplicarunt dignaremur

eisdem de competenti remedio
providere; nos ideo Supplicationibus
hujus modi benigne annuentes
vivis per vias et diligentes
recognitis privilegiis prædictis
ac arresto Parlamenti super
illis promulgato in eadem
villa die Sexta mensis junij,
anno Domini millesimo quadrin-
-gentissimo Septuagesimo primo
cum quo fuit per dictam Curiam
pronunciatum et declaratum
prædictos operarios et
Monetarios debere uti et
gaudere immunitate juris generalis
tutela et aliorum Jurium
Regiorum impositionum villæ
præsentis et prout cæteri
similes operarii et monetarii
gaudent et utuntur in partibus
Regni franciæ et alia
prout in illo continetur

tenore presentium et ex nostra
regia potestatis plenitudine
concedimus volumus et ordinamus
quod praenominati operarii et
monetarij una cum uxoribus filiis
et familiaribus eorum a extero sint
franchi, quitij liberi et jmmunes
a praedictis omnibus juribus
et exactionibus quibuscumque
et aliis gaudeant libertatibus
et immunitatibus illis per Dominum
Regem cum dictis privilegiis
concessis et indultis juxta
et secundum formam et tenorem
arresti Parlamenti praedicti
et in illo declaratam, declarantes
quod solum gaudeant dictis
impositionibus pro iis quae
necessaria fuerunt ad provisionem
eorum uxorum et filiorum
et non aliás quoad interesse
ipsarum impositionum

attento quod prestatione de
desuper specificatis prout dicti
praepositi ac verum sunt operarij
operantes et monetarij monetantes
dicta secca secundum mentem
dictorum privilegiorum, sed ne
aliqua oriri possit quaestio pro
praemissis volumus providemus
et ordinamus, quod praelibati
supplicantes non possint uti
hujus modi gratia nisi finitis
arrendamentis nunc currentibus
et dictis juribus factis
in omnibus materia dispositionibus
valeat evitari, sed ipsis
finitis arrendamentis in antea
gaudeant libere et uti possint
immunitate praedicta prout
superius describitur, mandates
per eandem thesaurario
Regio in dictis comitatibus
aliorum praedictorum collectoribus

caeterisque universis et singulis
officialibus ad quos spectet
eorum locatenentibus quatenus
supplicantes jamdictos uti et
gaudere faciant seu permittant
sub poena quinquaginta marcharum
argenti cupium [?] Culera in cujus
rei testimonium praesentes fieri
jussimus nostra manu signatas
et sigilli nostri munitas. Datum
Perpiniani die vigesima quarta
mensis decembris anno Domini
millesimo quatuor centesimo octuagesimo
secundo. Domicella [?] de
mandato dicti Domini vice
Regis et locum tenentis generalis
f. Cancell. ad relationem
assessorum gilaberti assessor.
Locus + sigillis cum signo
deregistrata.

Collationné à l'original

en Parchemin Coté
N°. 107. gardé aux archives
du Domaine du Roy
en Roussillon dans un
Sac N° 6. par moy
Tournigné greffier dud.
Domaine
J. Boechaure Paraphé.